

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Passionale sanctorum - Cod. Aug. perg. 32

[S.I.], [9. Jahrh.]

Prologus passionis sanctorum. Proti et Hyacinthi

[urn:nbn:de:bsz:31-65346](#)

nomine inuocauerit. sine dubio eius peti-
tio admittitur. Multi & enim delonginquis
regionibus uenientes. obcessaque infirmita-
tum corporu. ad eius scm sepulchrum iu-
cenes. per ipsius sacerdotis intercessio-
nem adpropria cum sanitate & gaudio re-
uertuntur. Ecce demultis eius miraculis.
ego inutilis coronatus notarius. quod con-
pertum tenui. in paruo conclusi. ne legen-
tibus uel audientibus. fastidium generare.
Quod tamen fulgit. agitur in ueronense
urbe. In saecula saeculorum amen.

INCIPIT PROLOGUS PASSIONIS SCOTORUM PROT. ET HYACINTI IHI;

Passio beatoru xp̄i mast̄rum proti & h̄yacinti
neon & sc̄ae basillae virginis. quae eadem die
qua et ipsi mast̄rio creditur fuisse coronata. non
pse singillatim. sed in libro gestorū beatæ eugeniae
conscripta est. atq. ita gesta illorū gestis beatæ vir-
ginis permixtas sunt. ut uix aliquid de his. quæ p̄ eos
diuina clementia fieri concessit. cōmemorari possit.
quod non aequa adactus. atq. opera beatæ eugeniae
ualeat referri. ut p̄ te quisemp unā constituti bona
quæ potuerit. simul facere studuerunt; Quā obrem.
cū pp̄ter discretas temporib. passiones ac festiuitatū
separata solemma. aliquid habere voluissimus. quod
propriæ adeo sdem mast̄res pertinere. atq. in eoru
die natalicio congrue legi potuisset. Placuit nob̄ ex
qib. eorundem mast̄rū mentio continet. dep̄dicta
historia. uelut quosdam flosculos de prati cuiusdam
latitudine decerpere. atq. ex his quoddam opuscu-
lū. componendo contexere. Quo sacer passiones
eorum dies uelut quodam seculo redimitus. atq. oīna-
tus uideri potuisset. Passisunt autē sdm beatissimi
mast̄res. sub ualeriano & galliano imperatoribus;
quorū dies natalicius. iii. id. sept̄ celebratur;

INCIPIT TEXTUS EIUSDEM PASSIONIS.
Sicut in historia passionis beatæ eugeniae sacra-
tissime virginis legit. Cum philippus pater eius.
a cōmodo imperatore. praefectus aegypti fuisse
constitutus. et in alexandria positus. Eundem filiā suā.

certioribus
sept̄embris

cunctis liberalib. disciplinis. tam greco quā Latino.
eruditæ fecisset eloquo. duos ei pueros eunuchos. pro
tū indelicet et h̄yacinthum eo modo tradidit. ut non solū
ineus obsequio sedulo uersarent. sed etiam isdem quib.
& illa litterarū studiis imbuti. Ad procurationē herilis
domus. atq. administrationem rei familiaris. per instruc-
tionem prudentiae proficerent. Ad quā doctrinam
capessendā. tam & si cum dominasua. quae eos fr̄m potius
quā famulorum loco habebat multā operam impenderent.
et ad scientiae saecularis copiosam notitiam peruenirent.
tamen sacros diuinæ scripturæ libros habere alegere.
hostante a cōsuadente beata eugenia consueverunt.

Inde factū est. ut cum ipsa codicem epistolū beati pauli ap̄t.
praemantib. haberet. atque eum cōbra meditatione per-
curreret. tantā breui tempore. salutaris doctrinæ uim.
credulo corde conciperent. uenib⁹ sibi potius quam ad
xp̄ianæ religionis plenariam perceptionem adipiscendam.
simul cum domina uideretur esse festinandum. Cumq.
id qualiter fieri posset. non insu& sed in dominae positum
ditione cognoscerent. Incunt cū cādem consiliū. ut ac-
cepta a patre licentia urbe egrediāt. & quasi uetandi
gratia suburbana p̄diasua circu. ext. ut sic ad loca in
qib. xp̄ianū conuersabant. facilius accedere potuissent.

Nam praefectus neminem xp̄ianum. intra alexandriæ
moema consistere passus. Om̄inde expulsos. in rure uiano.
fecit sua conuenticula celebrare. Quodcū ab illa fuisse
imperatū. et egressi alexandria. ad uillam eius in suburbia
no positan properarent. audiunt xp̄ianos. cum magna
exultatione psallentes. Omnes du gentium daemona.
dñū noster caelos fecit. confessio & pulcritudo in conspec-
tu eius. Qua cantilenæ intantum corda eorum dicuntur
fuisse commota. ut non solū ipsi. sed etiam beata eugenia.
Intantū piae devotionis affectu. dñō inspirante compuncta
sit. ut eos uelut tardos atq. morantes. exhortationib. ac
fletibus. quos p̄missio uitæ caelestis ardore continere
non poterat. ad currentā salutare uiam impelleret. Pro
inde pari consensu ac uoluntate determinant. ut detonsis
cri. mb. ac sumptis virib. indumentis. monasteriū petant.
ibiq. salutaris baptismi sacramento regenerati. spacia
uitæ mortalis. in conditoris sui laudibus consummare
studeant. Placuit consilium deliberantibus. ac sine mora